



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Caput CXXII. De Aedificatione castris Brandenburg.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

(q) Vide infra cap. 122.

(c) De prima Ottocari hujus expeditione in Prussiam Vide supra  
cap. 70.

## CAP. CXXI.

De

*Fratre Ulrico & morte L. Pruthenorum.*

**H**oc tempore fuit Frater Ulricus de Megdeburg in conventu Kunnigsberg, qui adeo fortis erat in corpore, quod plerumque virorum vires excederet. Accepit enim duos armigeros quemlibet cum uno digito per cingulum, & eos in sublime ipsis renitentibus elevavit. Hic ordinatus fuit cum quibusdam fratribus & armigeris ad custodiam navium Christianorum, quae per mare venerant ad terram Pruschiae, quas Prutheni antea saepius destruxerant. Unde accidit, quod cum ipse cum paucis circa naves praedictas remansisset, venerunt Prutheni armati cum V. navibus, & dum ad destruendas naves suas appropinquarent, Frater Ulricus accepit malum de navi sua & illorum naves percutiendo, tot submersit, quod L. Prutheni cum navibus suis sunt submersi. Alii haec videntes perterriti recesserunt.

## CAPUT CXXII.

De

*(a) Aedificatione castri Brandenburg.*

**A**nno Domini MCCLXVI. (b) Anno Domini MCCLXVI. multi Sarraceni ex Africa venientes Hispaniam occupant, sed eandem Christiani

179

233

*Hano de Sangerhausen VII. Mag. Gen. Ord. Teut.*

*Ludovicus de Baldersheim VII. Mag. Prov. in Prussia.*

gnatorum venit ad terram Pruschia, *ni non sine multa sanguinis*  
& cum aliud agere non posset, de con- *sui effusione de ipsis trium-*  
filio Magistri & Fratrum ædificavit ca- *phabant.*  
strum Brandenburg & à nomine Marchionatus sui ad perpetuam memoriam sic voluit appellari.

ANIMADVERSIONES.

- (a) De ædificatione castri Brandenburg nihil habet Jerofchinus Interpretus Dusburgii.  
(b) Nomine Otto ( ut dictum est cap. 120. ) cognomine vero Pius. Cum ex Palæstina rediisset, contra Prussos profectus est. Andr. Angelus *lib. 2. Annal. March. pag. 107.*

CAP. CXXIII.

*De*

*Morte Swantepolci Ducis Pomeraniæ  
& rebellionem Mestovini filii sui contra  
Fratres.*

**H**Oc anno Svantepolcus Dux *Anno Domini MCCCLXVII.*  
Pomeraniæ decidit in lectum, & *Soldanus Babiloniæ Armeniæ*  
ut cognovit, quod moreretur, voca- *destructâ Antiochiam unam*  
vit ad se filios suos & pro testamento *de famosioribus Civitatibus*  
ultimo, quod morte confirmavit, de- *Orbis cepit, & occisis & ca-*  
dit eis hanc doctrinam; dicens: Post- *ptis omnibus ipsam in solitu-*  
*tudinem redegit.*  
quam inter me ex una parte & Fratres Domus Teutonicæ ex altera bellum crevit, ego semper decrevi; per fas & per nefas & variis modis impugnavi eos, & non profeci, quia Deus cum eis est, & pugnat pro eis. Undè consulo, quod nunquam vos eis opponatis, sed cum omni reverentia honorate. Huic doctrinæ

Ee 3

næ